De pollutione.

DE immundicia ſeu pollutione ꝓcurata. nota
ꝙ ſi quis aliquid agit hac intentione princi-
paliter vt pollutōnem habeat ſiue vigilando ſiue
dormiendo mortaliter peccat. etiam ſi faciat cau-
ſa ſanitatis. Si autem etiam ipſa pollutio ꝯtingit
in vigilia et preter voluntatem ac ſine ꝓcuratione
non eſt mortale.

De vij. peccato mortali. ſcȝ luxuria et ſpeciebus et filiabus eius. Ca. xxix.

LVxuria eſt ſeptimum viciuȝ
capitale. Et qꝛ ſ̃ in .c. ꝺ ſex°
p̄cepto ſatis dictū eſt ꝺ ſpe
ciebꝰ eius in ope. ac etiā co
gitatōe et hoc in .c. de nono
p̄cepto ſ̃. Ideo illis omiſſis
ad que ibidem recurrenduȝ
eſt. Videndū eſt de quibuſ
dam alijs pertinentibus ad ipſam luxuriam et ꝺ-
lectationem moroſam. Vnde interrogandum eſt ꝺ
hoc vt ſequitur. Si videlicet oſculatus eſt aliqȝ
vel aliquam ex libidine. et extra ꝯiugiū. qꝛ morta
liter peccauit etiam ſi non ſequatur actus turpis
ſed ſi ſequatur actus cum hmōi facit vnū peccatū
ſed tanto grauius quanto plura de hmōi concur-
rūt Sed ſi fiunt diuerſis temporibus ſunt diuer-
ſa peccata Si ſcripſit litteram vel miſit vel porta
uit vel recepit lr̄as ꝯtinentes amatoria et prouo-
catiua ad libidineȝ. quia mortaliter peccauit. hoc
aduertens. Si cantauit vel legit vł cū delectatōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

audiuit verba laſciuia et turpia ad prouocandum ſe vt alios ad laſciuiam mortale eſt. Si ſe ſociauit alicui quem nouit euntem ad peccandum vel turpiter agendum vel ad faciendum ſerotinas vel matiatas peccauit mortaliter. Si fuit mediator inter aliquos ad hmōi turpia vel poſuit aliquos mediatores inter ſe et alios in hmōi peccauit mortaliter Si recepi exenium aliqd vel donum quodcūqz vel miſit hmōi ex amore libidinoſo mortaliter peccauit.

De delectatione moroſa

DElectatio moroſa reperitur vt frequenter in tepidis et multum negligentibus. Nam feruidi ſubito cogitationes expellunt noxias. et feruidis cogitationibus deſiderijs operibus acquieſcunt. Vnde interrogandum eſt. Si habuit cogitaciones immundas et carnales in quibus contraxit moram. poſtq̄ ratione perpendit ppter delectationem ipſam. hmōi cogitando mortaliter peccauit Non ſolum enim peccat homo quando cogitationibus luxurioſis ratione conſentit deliberans malum facere ſed etiam cum nō curat ipſas libidinoſas cogitationes expellere poſtq̄ eas perpendit ſed in eis voluntarie immoratur peccat mortaliter

De filijs luxurie

DE filiabus luxurie non oportet multum interrogare qz difficile eſt itelligere niſi cum mixtura aliorum vitiorum

De cecitate mentis.

QUI fuit ita mēte occupatus circa mundana ꝙ neſciuit de deo cogitare vl rebus ſpūalibus.

De precipitatione.

QUI fuit preceps et ſubditus in operibus ſuis ſine cōſilio et exaīacōe mentis debita agens.

De inconſideratione.

QUI fuit incautus in factis ſuis et non bene iudicauit circa occurrentia.

De inconſtantia.

QUI in eo ꝙ deliberauit bonum agere mutabilis ꝛ inconſtans fuit ex paſſione.

De amore ſui.

QUI nimis ſeipſum dilexit querendo delectatōes corporis commoditates et huiuſmodi.

De odio dei.

QUI habuit diſplicentiam in deum vel legem ſuam quia prohibet concupiſcentia eius.

De amore vite preſentis.

QUI nimis amauit vitam iſtam preſentem propt voluptates carnis quibus eſt deditus. Nam ita amare vitam preſentez ꝙ aliquis velit hic perpetuari. ſm pe. eſt mortale.

De horrore futuri ſeculi.

QUI horrorem habuit ad vitā futurā. De alijs que ptinent ad viciū luxurie circa coniugatos vide infra in. c. de coniugatis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf